

I. N. J.

EXERCITATIO PHILOSOPHICA

de

CORPORIS NATURALIS INTERNO PRINCIPIO ALTERO, FORMA NEMPE SUBSTANTIALI,

Cum primis utrum substantiae nomine verè & absq; errore compellari possit ac debeat;

Quam

IN REGIA ABOENSIS UNIVERSITATE,
Ad Amplissimi Philosophorum Collegii
ibidem consensum,

P R A E S I D E

Viro Praelarissimo

DN. M. JOH. FLACHSENIO,

Mathem. Prof. celeberrimo, Praeceptore ac
Promotore summè colendo.

In Ὀδοκευνη̄ honorum academicorum publicæ
placidæg, Bonorum censura modestè defert

D A V I D Q U N D I

Austro-Finl.

In Audit. Max. ad diem 26. Martij 1681.

Excusa à JOHANNE WALDIO, Reg. Acad.
Aboëns. Typogr.

S. R. M.^{tis}
REGNIQUE SVEONIÆ
SENATORI,
LEGATO IN GERMANIAM
EXTRAORDINARIO;
ET COLLEGII CANCELLARI
DIRECTORI,
JUDICI PROVINCIALI INGER
MANNIÆ ET KEXHOLMIÆ;
UT ET
REGIÆ ACADEMIÆ ABOENSIS
CANCELLARIO,

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO

DOMINO,
Dn. BENEDICTO
OXENSTIERN

COMITI
DE Korsholm et Wasa:
LIBERO BARONI
AD Mödrby / et Lindholm
DOMINO
IN Capurien / et Castila.

Patrono suo Maximo.

ILLUSTRISSIME COMES
DOMINE GRATIOSISSIME.



Augusto magni no-
minis Tui splendo-
re quando tenellum
hunc exigui ingenii
fœtum illustrare constitui, Ex-
cellentissime Domine, horrore
tranquillo ac pavore venerabi-
li undiquaque circumfusus sum.

Magnum quippe & anceps certamen cogitationes meæ certarunt, utrum satius esset Tantum Heroa sacro devotissimi affectus silentio, in secreto cordis adorare, quam in ejusdem conspectum, quoquo humillimæ venerationis modo exsurgere ac prodire. Svisit illud Excell:z Tuæ universo orbi Europæo gloriose faniæ buccinis amplissimè decantata magnitudo, quæ illorū quoq; dicendi vim qui inimitabili styli gratiâ sua adornare solent, fatigat, & tantum non exsuperat. Hoc suggestit illa gloriofissima Tua Clemētia, quæ in Te, Illustrissime Domine, splendidissimorum tuorum operum gloriam tam feliciter æmulatur, ut qui hujus fastigium æstimatur, difficultate negotij dejec-

cti langvent, lenissimo Gratiæ
Tuæ favonio placidissimè erigan-
tur. Amplexus tandem in hoc
diffidio, quod salutem meam ma-
gis putavi juvare, consilium, susti-
nui has Excell. Tuæ potenti patro-
cinio subjectissimè commendare
pagellas. Neque illud aliàs oppor-
tuniùs fieri posse existimavi, quàm
eo festivissimo rerum articulo,
quo Tu Excellentissime Domine,
S. R. M. is clementissimis litteris
novus Academiæ nostræ Can-
cellarius Magnificentissimus de-
claratus, Arctoæ genti ut novum
sydus illucescet. Quemadmo-
dum enim hoc temporis pun-
ctum, omnium qui litterarum
amant gloriam, profunda deside-
ria fortunatissimo beat successu;
ita eodem quicquid est gaudii ac

voluptatis ex his prosperis con-
ceptum, s^va vissimis representa-
re convenit gestibus; quod cum
alijs sedulò quidem, sed ignotius a-
gunt, mihi non sine felicioris cu-
jusdam Fati adgubernatione, pro-
piori gradu hoc modo licet con-
testari. Commune verò illud A-
boæ nostræ gaudium quando e-
go satis nequeo exprimere, Ipse
Illustrissime Heros ex eo præsume-
re potes, quod res suas præsertim
Musas, Tuis sub auspicijs tantum
incrementum capturas sperat,
quantū illustria Tua facinora alia,
admirabili industriâ, prudentiâ
incomparabili, felicitate item sum-
mâ, gesta, & ob id dudum immor-
talitatis albo inscripta, certò pro-
mittere videntur. Magni certè
est consilii documentum, majus
tamen

tamen admirationis exemplum,
omnes suas actiones eo termina-
re eventu, quo feliciorem nemo
expetat. Utrumque autem in Te,
quod nunquam non perpendi-
mus, amplum amplissimæ virtu-
tis suspicit argumentum carissima
Patria, cuius negotia, ad Regium
mandatum, Herculeo plane ani-
mo, nec dispari fortunâ, saepius ex-
pedivisti. Quoties machinatrices
hostium artes magnâ prudentiâ
elisisti? Quoties spirantes sanguinem
animos divinâ quâdam moderatione
mitigasti? Inculcat infinita
hujusmodi ipsa Patria, quam
frequenter in discrimine, velut
inter vehementes æstuum reciprocationes
constitutam, intra
mollissimos serenæ pacis amplexo
reduxisti. Atque nè hæc ranta

recensendo penitus deficiam, illud dico, prolixam illam gloriæ Tuæ seriem, memoriam Tuam Il-
lustrissime Domine, æternæ per-
petuitati jam pridem consecrassæ.
Verissimum adeo est habere in
Te posteritatem, illam rectitudi-
nis ac magnitudinis normam atq;
ideam, quam absq; immortali sua
laude imitari nequit aut extol-
lere. Exploravi hæc omnia, &
quia sensi cum omnibus alijs me
quoque Excell.º Tuæ magnum
pensum debere, aliis destitutus,
hoc exile tributum ingenii de-
vorissima mente solvo, quod
quidem, ut à me formatum, vi-
le est admodum, nec dignè sa-
tis illustrem Excell.º Tuæ præfert
titulum. Si tamen ex nativa ipsum
argumentum spectatum fuerit di-
gni-

gnitate, suo non caret honore.
Forma namque substantialis, no-
stris mentibus aliqua parte affi-
nis, ille est fons, in quo latentis
naturæ abdita sacramenta, par-
turiens vis, omnis denique maje-
stas ac divitiæ quæri possunt ac
debent. Fingunt in cælo domos
Astrologi, sed reperiunt in totius
naturæ profundo, quas suæ For-
mæ splendide expoliunt. Dignare
igitur Clementissime Domine
Oculi Tui sydere noctenue exer-
citium, quod cœu pium holocau-
stum Tuæ aræ supplex impono,
mihique deinde, qui primus ex
hac Aböensi Academia Te, ejus-
dem Cancellarium Eminentissi-
mum, quantulocunque industriæ
specimine accedo, vel inter ulti-
mos Tuos Clientes aliquem lo-

cum gratus assigna, ut propriâ
quoque experientiâ discam gran-
dem esse Clementiâ Tuam, quam
talem, jam inde à pueritia, Paren-
tis mei didici institutione, qui id
aliquando felicitatis suæ haud po-
stremum usurpavit, quod licuerit
ei, dum ferè ante decennium has
oras pertransiens, alicubi vento
adverso distinebaris, & ob id ex-
scensionē faciebas, Te Celsissimo
pariter ac Clementissimo, uti Hospi-
te, tantâ quidem fortunæ indulgê-
tiâ, ut ex singulari quadâ eâq; cæ-
lesti Tua voce uberrimum senserit
solatium. Tua vero Illustrissima
Excell.^a sicut indies ingentem a-
vitarum laudum mensuram im-
plet, eodem quo tot æternæ lau-
dis tropæa secundante cœlo ere-
xerat, post hac quoque pro Rege,
pro

pro Patria, pro toto Christiano
orbe, imò pro hoc quoq; Lycéo,
æternitati laboret immortaliter,
quod subjectissima devotione,
sentiendo adhuc copiosius quam
loquendo, exoptat.

Illusterrimæ Excell.æ Tua

Aboæ 18. Martij

A. 1681.

Devotissimus ac humillimus
cliens

DAVID EUND.

In

Disputationem inauguralement do.

Etiam & eruditam

Viri-Juvenis undiqueque Politissimi

DN. DAVIDIS EBUND;

Sanioris Philosophiae Candidati &

Reg. Academiæ Aboens. Vice-Secretarii
industrii, amici mei ex animo
dilecti,

Ἐπίγραμμα:

Forma facultatem rebus largitur agendi,
Effendi pariter principiumque manet:
Sed male quāquondā dicta est *Private* formia:

Namq; rei causa hæc nullius esse potest.
Nec constare queūt sibi dogmata, *Cartesiani*

Quæ sparsere nuper, principe *Cartesio*:
Queis formæ rerum sunt *dispositio* tantum

Externa, aut quicquid nectere membra potest.
Hos merito errores hæc dissertatione docta

Discutit, & formam quæ genuina docet.
Tantis pro meritis tibi præmia multa dabuntur

EBUND; quæ mox Charites Pieridesq; parat.
Quæ saltim voveo felici sidere pergas

Carpere: & in laudem vivere perge Dei.

Subito quidem sed affectu
datum prolixiori

à

JACOB. FLACHSENIO.

Ad Pereximum C A R D I D A T U M
D N , D A V I D L B N D /
Acad.Aboënl. Vice-Secretarium
De Formâ Substantiali pro summis in Philos.
honoribus , ingeniosissime differentem,
Amicum suum singulariter
dilectum.

Quæ nova secta suo tentat convellere nisi,
Adstruit hæc, præsens non sine mente labor.
Forma etenim simplex cum sit substantia, cuius
Munere compostum quidque operante viget.
Sic non materia series diducta probabit
Corporis has vires, quas ea forma facit.
Recte igitur veterum movis vestigia DAVID
Hoc premere in scripto, cœu meliora, tuo,
Quam novitatis amans ea dogmata tradere,
que non

Philosophiam possunt conciliare fidem.
Matte! bonis avib⁹ mox perge capessere honores,
Quos tibi cœu meritos Pallas amica parat.
Sic iterum venient sacris nova gaudia Musis,
Gaudia que valeant exhilarare tuos.
Ipse precor : Dominus tantis consibus addat.
Calcar, ut eximiis usibus aptus eris.

Hæc subito sed gratulabun-
dus scripsit

JOH. FLACHSENIUS.

Πρὸς τὸν τῶν τρόπων ἥδη καὶ τέχνας σπεῖραι
δαιότατὸν καὶ διποτελεσμένου

Κύριον ΔΑΒΙΔ ΣΥΝΔΙ

Φίλος μὲν παιώνετον τὰς ὅτι φιλοσοφίας
παιᾶς ἀκότως αἰρόμενον.

Γάντος οὐδείον θαυμάζειν τῶν νεωτερισμῶν,
τὴν τῶν Φυσικῶν μορφὴν ἀπελέγοντας
ἢ τινας ἔστιν συμβεβηκός οὐ εἶναι λεγοῦσιν.
Τὸν γὰρ ἀδέποτέ οὐ ἐργάζεται δύναται. οὐ μὴ
τοῦτο τῆς ἔστιν ὁσπέρ αρχῆς τοῦτο τὸ Διε-
πράτιεται κινηθῆ. εἴτε δὲ, οὐ δύκαται οὐ
τὸ συμβεβηκότος οὐ κατακειμένος οὐ μὴ συμ-
βεβηκότως οὐ γίνεσθαι. καὶ μόνα ἄρτα ταῦτα
οὗτοι ἀπειδεῖν οὐς οὐκ πηγῆς ρέοντες ἀλλα;
ἀλλὰ καὶ μύρα ταῦτα μυρίσια, οὐ δὲ πλεῖστα
πιπιδευμάνιας γεραφθέντη τάσσῃ τῇ Διελέξει
περιφέρων πᾶσι τελεσταὶ ποιεῖς, οὐ δὲ μόνον τύπον,
ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν νεωτερισμῶν τάτων λόγους
Διελύεις καὶ ἐξελέγχοις. Πράγμα δὲ ἐποι-
νέσθιν, οὐ καὶ τὴν Στὴν εὑμαδίαν ἀμα καὶ τὴν Τίτιος
στάχαδίοις συμφέρειν ὄρεξιν δηλοῖς. Εὕρωσ.

E. FALANDER.

Eruditione & Moribus maximè conspicue

DN. CANDIDATE.

Aristotelem Principem Philosopho-
rum, adeo bonarum artium studiis
dedicatum

dedicatum fuisse testatur Antiquitas, ut
quoties lectum peteret, toties in manum
sumeret glandem æneam, supponeretq;
pelvim, quò, si longâ vigiliâ defatigatus
obdormiret, crepitum globi cadentis, ad
pertexenda studia, repente expurgisce-
retur. En hominis in literis ardorem!
Vidit quippe vir sapiens non jacere ve-
nerandam scientiam in molli lecto, sed
acri diligentia & vigiliis, divinam ho-
minis partem, mentem scilicet excolen-
dam expoliendamque. Scilicet exultat
gaudio generosus animus, & quamvis
corporis hisce compagibus sic implica-
tus, sumo pere tamen ea adipisci deside-
rat, quibus instar alarum scalarum que
à foetidi: hujus sordidiq; corporis inqui-
namentis squaloribusve descendere
& evolare, adeoque divinitus illum ac-
censum, in mente humana igniculum
suscitare & exornare, ac in pristinum
quodammodo integritatis statum, vin-
dicare queat. Est enim nihil à Deo
immortali mortalibus datum, ad ani-
mum humanum excolendum aptius &
potentius, studijs & doctrinâ. Hæ

vera.

vera & saluberrima animorum pharma-
ca , teste Plutarcho , à quibus opima sum
in Ecclesiam , in omnem etatem , tum
denique in totam vitam humanam ,
commoda dimanant . Quæ omnia
quam accuratè ponderaveris Pereximie
Dn. Candidate inde patet , quod à teneris
statim annis earum amore flagrasti re-
rum , è quibus tam oblectatio quam in-
gens utilitas exundat . Merito itaque
gratulor animo tuo , gratulor & indu-
striæ , quibus stimulis excitatus ad glo-
riam , semper eruditio nem , quâ polles ,
cum virtute ita conjunxeras , ut non mis-
nus sapiens & bonus , quam literatus
nomineris . Sic facere decet eos qui
supra vulgum sapiunt , sic faciunt & illi
qui non leviter Palladis laciniam libant ,
sed in altu doctrinæ acumen emituntur .
Tu vero bene vale ! eamq; nunc insiste
viam , quam virtus tua ut optimam eligit
monstratque

Tuus

P E T R U S Rosendaal.

A D L E C-


AD LECTOREM BENIGNUM

Quam in publicum jans eritto, cum
michi loco solennieris specimenis ex ve-
teri vulgatoq; ritu confabricanda fuit
dissertationcula, si ad illam nonnulla imprimis
præferer quibus institutum meum consiliumq;
si quidem Lectorem benevolum inveniret,
paulo uberioris exponerem ; nihil me, quod
intempestivum jure dici deberet facturum
existimavi. Tantum enim per ista inno-
tescere cause, que me ad hac studia ad-
duxerant compulerantque. In illis est ea
præcipua, quod cum non ita pridem alicubi
ulterioris ingenii cultus capienda gratiâ ha-
verem, & plurimorum ibidem, si non omnium
qui de doctrinis artium aliquid differere aut
judicare potuerunt, ore verbisque audirem
versari, illam de formis physicis hac tempe-
state celebratissimam controversiam, qua ins-
tituit examen virum eadem quidpiam sub-
stantivæ in se contingent indolis, vel pro meritis
baberi debeant accidentibus ; cœpi rem ab eo
usque tempore studiosius in animo volvere.

Et quia amplissima argumenti ejusdem jam
sum mihi visa est dignitas, eadem confessim
invitatus, proposui, scibui id ferret occasio,
aliquando idem materia genus publico quo-
dams ventilare specimine. Hac eò valueret,
ut, quod tum constitueram, nunc oblate tem-
pore opportuno, aggressus sim. Promovit hoc
institutum, quod senserim non multa admo-
dum in hoc Palladio de praesenti produisse argu-
mento; inde forte quia huc usque metus non
fuit ab iis, qui Formas rerum, substantias
esse negant. Nè tamen ille error vel invitis
obveniat, visum fuit in antecessum eidem re-
media parare atque obstatu. In ipso nego-
cio ita fueram occupatus ut cum nullam
viderim idoneam rationem cur antiqua
illa sit seculis ab eruditissimis quibusvis
probata ingenii, damnanda sit sententia,
rejecerim eorum opiniones, qui novo ausu
Formas Rerum Naturalium quantum in ipsis
est, eunis expugnatum. At faciet alicui
admirationem me his pagellis ausum fuisse
adversa signa tollere adversus hostem affe-
clis potentissimum, cui se felicius is opponere
potuisset, qui rem dum ducere didicit.
Eateor equidem à parte adversaria esse eru-
ditio-

ditionis non vulgaris homines, qui in causa
sua subsidium varias moliti machinas, con-
tinuis strepunt syllogismorum atque captionum
dialecticarum laqueis, alijsque id generis gri-
phis, quorum omnium nodos nulla unquam
soltitiam dissolvi posse, ipsi firmius persuasum
habent. Sed qui aliis nonnihil pensaverit
veritatem ut ut aira verborum argutiarumq;
obnubiletur fuligine, semper tamen exsemi-
care, adhac in ejus investigationem defensi-
onemque nihil non studiorum temporisque
impendi debere; non inslā me credo, si id
egerit, incesset objurgatione. Quin &, si
pariter consideraverit nullam me glorie ti-
tillationem, victorieve opinionem, quaē ve-
ritati in omnibus postponenda, hic seculum esse,
haud dubie meos conatus omni carere con-
victio ingenuè profitebitur. Quod concernit
ipsam opelre hujus constructionem, non in ficio
potuisse illam venustiori habitu, cultuque ne-
tidiori accurari, nisi maluisse quod attuli, quan-
tum quidem ad digestionis modum & ferè
omnis in controversiis, proprium esse quam
alienum, nè alienæ libidinis cum obtructati-
one haberi possem principium. Primarium
quoque fuit consilium pleraque perstringere

potius breviter, quam prolixa comminatione exponere, quo primâ fractâ glacie, mei similibus porrigerem anjam in ulteriora hujus rei ulterius inquirendi. Qui alias ipsum hoc argumentum ut vulgatum vetusque fastidiunt, habere illos in eodem, quod nondum didicerunt, si affirmavero, nihil me, à vero quod est remotum, dixisse spero. Non attinet in hanc rem plura adferre. In omnibus se facillem dare equus censor non detrectabit, qui pro eadem sua agitate, & defectus supplere gerat a leviora excusare, ut residuonuerit, ubique erit paratissimus. Ego de cetero lapsus culpam humanitatis confessione veniaq; non invitus deprecabor. Quia vero ordinis neglectu nihil magis incommodum, & omne ex adverso εὐσύνετον εὐσύνετον, memor pariter Xenophontis dicti salubris: Οὐδὲν γάρ σδὲ εὔχρηστον, σδὲ καλὸν αὐτόπτως οὐ βέλτιον ἢ τάξις: hanc in quatuor dispescui opellam articulos I Appellationem Formæ Substantialis tradit II. Verum de eadem sententias III. Rationes pro illa ejusque definitionem IV. Controversias circa eandem examinat atque diluit



Q. F. F. E. J. D. T. O. M.

ARTICULUS PRIMUS.



Apientum quod pleraq; Collegia, argumenti cujuscunque tractationem ab omnibus ejus explicatione, gravi prudentique orsa sunt consilio, nec successu infelici, sed mihi proposuero imitandum, non existimo decorum fore minus, quam utile ac necessarium. Et licet non ignoraverim, talem thematis considerationem, quae hoc ordine instituitur delicatioribus ingenii displicere, non paucis etiam naufragium moveat; illud tamen quia sciam cum ipsorum vel poenitendo fieri damno, vel fructu non usque adeo commendabili; praeter id, quod in illorum, quibus plus inesse

videtur salis, infelicitate impingant
Doctorum instituta: non duco o-
peræ pretium attendere, si tantum
circa hoc negotium, superstitionem
quandam evitavero curam. Sem-
per alias hoc verum existimavi,
excellere omnis materie indignum
esse splendore, unicè in eā traden-
dā umbraticas voces captiuncu-
las, ac verborum cavillationes se-

Boecl. Etari, ut quidam loquitur. In præ-
Inst. Po- sentia vero, plurium auctoritate
lit lib. 1, gravium, & sapientiæ illustrium
esp. 1. virorum vel exempla, vel testimo-
nia, ut fidem rei concilium, ad-
ducere, dum res est cum intelli-
gentibus, supervacaneum arbi-
tror. Uoum unius ex veteribus

Cic. lib. 1. placet allegare locum: In principio
de Orat, namque omnium disputationum fieri
oportet ut, quid illud sit, de quo dispu-
tatur, explanetur, nè vagari Oratio
& errare cogatur, si ii, qui dissenserint,
non idem esse intelligent, de quo agi-
tur. Quod si quis jam sollicitius
facti rationem causasque à nobis
exege.

exegerit, ea sic brevibus in pro-
clivi fuerit indigitare: Scilicet ido-
neorum Auctorum consuetudi-
nem, necessitatis quādam lege
comprobatam, prescriptissime no-
bis talem in hāc opella modum, ut
de vocis origine tractationis fiat
auspicium.

Tb. I.

In natalibus adhibiti verbi
evolvendis, eō breviores ducendae
lineæ, quō minus dissentientes
Authorum, circa radicis ejus in-
vestigationem, reperire licet sen-
tentias. Et si Scaligero non deroga-
ganda fides, dicitur forma à græ-
co Μορφὴ, ex quo, transpositis
eiusdem literis, fit Forma, ut ha-
bet Scaliger. Licet hoc loco ejus
placitis indubiam fidem non
adstringamus, probè edocti,
hanc voculam, non minus ipsam
esse posse radicem, quam aliunde
genus suum ducere.

Tb. II.

Cum pateat, si ullum aliud vocabulum, hoc certè ad Γαρ άμφιλέκτων omni jure referri debere classem, nè ejus ambiguitate, quam ut plurimū errores sequi assolent, quis deceptus, in ejusmodi abripiatur sententiam, quæ à vero deviat; placet nominis hujus ambiguas, apud Philosophos occurrentes significaciones, operā paucilo diligentiori expendere, quò tutum præstetur cunctibus iter.

Tb. III.

Forma itaque quæ ad frontem disquisitionis, vocabulo substantialis principiū, connotata & restricta apparet, alias quoque Physica appellari consuevit, & quia non nisi unicâ literâ à formâ Physicæ, quoad sui enunciacionem, distinguitur, diligenter quoq; ab illâ discernenda est; quam & jam removemus, & nihil aliud est, quam ipse habitus Physicus,

per-

perficiens animum & intellectum
si modò Formæ nomine compel-
landa, ut monet non intempestivè
Sperlingius

Tb. IV.

Neque porrò hic forma Metaphysica intelligenda venit, quæ totam essentiae cujuscunque latitudinem atque quidditatem involvit, illamque intellectui representat; utsi pote Humanitatis vocabulum integrum totius hominis rationem mentis sicut declarat. Differt proinde à forma illa, quæ nostros hac vice sibi vindicat labores per modum totius & partis, quoniam, ut dictum, totam essentiam connotat. Præterea etiam hæc forma Metaphysica, omnium rerum, quæ sub objecto universalis scientiæ continentur, tam accidentium, quam substantiarum, seu corporearum, seu spiritualium, propria ac domestica est. Physica vero, non item. Vi- desis Frommum debâc re.

Metaph.
lib. I.
c. 2. p. 524

Tb. V.

Nec logicam formam quis
a nobis intellectam existimet; ea
namque cum non absolvat integrū
concursum materiæ, ejusque præsen-
tiâ, sed cum genere coalescere cu-
piat, præsentis formæ titulo nequit
insigniri; quippe quæ materiei
unicè effectat contubernium.

Tb. VI.

Mathematica etiam forma,
quando institutum minus juvat
nostrum, hinc itidem rejicitur;
quæ licet in materia penitus sit
fundata, sine tamen respectu ad il-
lam, per mentis operationem ab
eius elevata commercio, consi-
deratur.

Tb. VII.

Præterea nunciam hic mit-
titur formæ, tam artificiali, quæ
artis quadam ope corporibus in-
ducitur; qualis forma Statuæ,
Turris, Eosæ, &c. Quam na-
turali externæ; ut, Bovis, Canis
Ho-

hominis. Et **accidentalis**, quando quis à doctrina doctus, à nigredine niger, per denominationem **intrinsecam**, appellatur.

Tb. VIII.

Tandem sequestratis iis formæ acceptioribus, quæ non quadrant ad nostrum institutum, ultimo deveniendum jam ad illum ejus sensum, quem hic potissimum attendere animus est, utpote à praefixo scopo non alienum; & tum quidem signat alteram illam compositi sive corporis naturalis partem **essentialēm**, quæ dicitur πρός ad aliquid, nūmp̄ respiciens materiam, cui juncta, totum constituit, illud informat, ac præterea singularium operationum eniteſit gloriā, estque non minùs Substantia, quam materia ipsa, ut infra, De gratiā, parebit clariū, dum ad formæ substantialis existentiā probandam per ventum fuerit.

Th. IX.

Postquam ita frequentatæ vocis æquivocationem discussimus, quod paulò prolixius efficere ideo necessum fuit, quia plusculis ea erat liberanda dubiis, quorum genuinum intellectum indagare accuratius, & consultum, & proficuum videbatur; consequens est, brevissimis etjam indigitemus vocabula, quorum eadem, quæ formæ, est vis significandi; ut, si quando contingat illa in sequentibus pro hæc substituere; eadem quasi hoc loco peregrina non obveniant. Sunt vero illa non unius generis; quædam enim græca, quædam latina existunt.

Th. X.

Græca quæ reperiuntur, ususque sunt solennioris, hæc præcipue habentur οὐσία, λόγος τῆς ἔστιν, ἀγαθόν, ἐφελον κακοθεῖον, εἶδος, τὸ τι ἦν εἶναι, ἐνέλεχεια, & quæ sunt alia id genus, quorum, in per-

pervolvendis authoribus, frequen-
tior deprehendi potest mentio.

Tb. XI.

Ex latinis æquipollentibus
sunt, Actus species, Definitio,
Perfectio, Ratio, Finis, Termi-
nus. Platonii quoque divinæ so-
bolis usitata appellatio, apud quem
etiam Timœus Locus Formam,
mundi vocat mentem; præter-
quam quod veteres illam, Unum
Pulchrum, nominarint, aliisque
pluribus titulis honorarijs com-
mendaverint, adeatur Carolus Phil.
Franciscus de Raconis,

part. 3d
Tract.
de Princ.
cip. sect.
3. qv. 1.

Tb. XII.

Notandum hic, utrasque
has appellationes, tam latinas,
quam græcas, quia speciosis ac
valde nobilibus enunciantur no-
minibus, ἐνέλεχειας seu formæ
non obscurè excellentiam ac di-
vinitatem insinuare. Hinc nec
dubitarent Authores gravissimi, il-
lam materiâ longè præstantiorem

Epit. sc̄i. assertere. Ita Senertus: *Forma* re-
ent. Nat. rūm naturāium principiū omnium
Lib. 1. cap. 3. præstantissimum; & eodem Cap. in-
fra: *Forma* cum dicitur dare esse rei,
id intelligendum est, quod sit præcipua
totius essentia pars. Nos brevitati
litantes, siogularum vocum rati-
onem ac valorem curiosius tra-
dere intermitterimus; quæ si quis
penitus introspicere cupiat, ad-

Fatt. eat Casp: Barthol. qui probè hoc
Com. officio est defunctus. Legi etiam
Phys. c. 3. de Form. digna sunt, quæ in allatrum vocū
& Pri. expositionem scripsit Scheiblerus.

Lib. I.
Met. cap.
22. tit. 18.
err. 2.

ARTICULUS SE- CUNDUS.

Tradita sunt, quâ potuit fieri
brevitate ea quæ ad nominis
visa sunt spectare originē, si-
gnificationem; i.e. jusq; affines voces,
excipit itaq; ipsius rei, SUBSTANTI-
ALIS FORMÆ vocabulo significatæ,
evolutio, circa quam primum no-
strum ita occupabitur studium, ut
manifestum evadet, utrum, de
quâ agimus, verè existat Species.

In-

Interes autem, ea quæ discepantur, de ordine, quæstionum: *An sit & Quid sit* consultò negligimus, nihil eò moti, varias quodd in hoc articulo difficultates, utriusque partis propugnatores comminiscantur. Dicendum tamen, hoc abundè certum nobis esse, si de distinctâ quadam cognitione sermo est, processum illum, qui prius in existentiâ argumenti cujusdam inquirit, loco vero sequiori indolem ejus & ingenium declarat, videri & planissimum & tutissimum. Ignoro equidem quomodo illud secundum suam essentiam, proprias affectiones, & nativas operationes explicabitur, de quo dubium, utrum in rerum existat naturâ, vel secus. Sed placet hic veterum & recentiorum ab initio, arcessere sententias, videreque quo usque inter se vel convenient, vel discrepant, ut positis ob oculos opinionum divortiis pluribus, liqueat clarius apertiusque quænam

nam earum ad germanam quam
proxime accedat veritatem, quam
quis deinceps, absque erroris metu
ac periculo, turò queat amplexari.

Tb. I.

Atqui de Formâ nobis, princi-
pio altero intrinseco, cum jam
dicendum sit, quid senserint Phi-
losophi; primò omnium eorum
occurrit classis, quibus omnis fe-
rè formarum ratio ignorata, cui
vitio eos fuisse obnoxios, non
est dubium, qui omnia, quæcunque
existunt, principium tantum ba-
bere materiale, scientiamque phy-
sicam solius materie considerati-
one absolutam esse, docuerunt;
ceu hujusmodi dogmata Antiphon-
i cuidam attribuit Albertus Ma-

Lib. 2. gnus. Nec disconveniunt illa,
Phys. quibus veterum prestringit Zaba
Tract. 1. cap. 9. tella, in formarum doctrinâ, igno-
rantiam, quando ita scribit: *Nam*

Lib. 2. antiquiores totam rei naturam pulan-
Phys. ad ptext. 21. tes esse materiam, formamque veram
ignorantes, totam naturalem philosophiam

phiam in cognitione materie respondebant. Hic quoque alicui, forte cum dubitatione conflictanti adhuc, commodum subvenit Diogenes Laertius, quem etiam in negotio pari citat Collegium Conimb: Is locis plusculis, in suo qv. 9. Zenone, ejus placita de principiis quidem exponens nostram confirmat sententiam ita: Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς εἶναι τῶν ὄλων δύο, τὸ ποιῆσιν, καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν γένη πάσχον, εἶναι pag. m. ἀποιονθσίαν, τὴν ὑλην. τὸ δὲ ποιῆσιν τὸν ἐν ἀυτῇ λόγον, τὸν Θεόν. Veritate, ea sic Stephanus: Videtur autem illis duo rerum omnium esse principia, faciens videlicet ac patiens. Qod igitur patitur, sine qualitate esse substantiā materialē: quod autem faciat, verbum Deum esse quod in ipsa sit. Post pauca autē, ubi differentiam elementorum & principiorum inculcat, magis dilucidè hanc proponit doctrinam, dicens ἀλλὰ καὶ σώματα εἴναι τὰς ἀρχὰς, τὰς ἀνόρφυς ταὶ δὲ εμφρόνωσται. Sed

& corporēa esse principia & ipsa
informia: hęc vero formata!

Th. II.

Hic vero quædā annotabimus, ad
eventū disputationum, quæ hoc lo-
co possēt agitari. Moveret quis du-
biū, occasione locorum, quæ ex Au-
thore, pro stabilienda nostra thesi
de veterū in hoc negotio opinione
transumpta sunt, scilicet passim in
libro, unde decerpsumus, quæ hic si-
gnata existant, mentionē fieri ani-
mæ. Formati Formæ; queis voculis
omniū corporū nobis designan-
tur formæ adeoq; liberales nimis
nos deduxisse inde conclusiones.

Tb. III.

Tales aliquem hic posse ad-
ferre difficultates, non negandum,
sed quibus, si quid video, etiam
occurri potest. Sub initium qui-
dem fatendum est, reperiri hic
vocabula, nobis Formam substan-
tialem evidenter quæ exprimunt,
cujusmodi sunt. modo quæ insi-

nuavimus: **Forma**, **Anima**. Ita
enim in nominato libro aliquo
scriptum: Μὴ τίνας μέντοι ἀνθρωπό-
μορφον: Non tamen inesse illi hu-
manæ **Formæ** Lineamenta. Et
deinde: τὴν δὲ τῶν ὄλων ψυχὴν ἀ-
Φθαρτον, τὸ μέρη εἴναι τὰς ἐν τοῖς ζώοις.
Cæterum universi animam esse
incorruptibilem cuius partes sunt
animantium **Animæ**. Ad priorem
locum quod attinet, clarius est is,
quam ut prolixo commentario
debeat demonstrari, in eo non
intelligi formam aliquam acci-
dentalē, nēdum substantialem,
altera pars quæ sit compositi, seu
corporis naturalis. At externam
quandam figuram, speciem & ha-
bitum subinnui, facile evincit ac
probat alienans illa & restrictiva
vocula lineamenti, cuius usus so-
lēnior esse solet, in externa cor-
poris descriptione indicanda. Est
enim frequens talis locutio: Egre-
gia habet **Formæ** lineamenta, cum
significare volumus faciei aliquo-
jus, ac vultus decorum.

Tb.

Posteriora autem verba quod concernit, habent quidem illa ali- quid magis in recessu. Animæ enim, quæ corporis fabricam animat, verè faciunt mentionem. Sed & hic, quid dicendum sit, liquet. Primo omnium hoc certum est, quod licet Animæ memi- nerunt iis verbis, doctrinæ ejus **Authores**, atque frequentissimè illâ voce utantur, nihil tamen minus senserunt, quam illud, scilicet animam esse alterum prin- cipium intrinsecum, à materia di- versum, quod ejus concursu ab- solvat **corpus** naturale, adeo ut contrarium potius tradidisse eos affirmandum sit, cum dixerunt:

Lib. cit. Τὸν δὲ ἐστὸν εἶχεν ὁ θεός ποτε γένετο: Est
autem Materia, ex qua quidvis constat. Ergo & ejdem, juxta il- lorum scita, Animæ suam debent originem. Deinde, nec Deum ipsum tali eximunt imperfectionis de deo eis vocantes cum substanciam

tiam, quam alibi per materia[m] explicant. Quin & expressè Boëthus, in lib. de naturâ, Dei substantiam, fixorum siderum globum dixit, ut ait Laërtius. Βοηθὸς δὲ, ἐν τῇ περὶ φύσεως, θεῶς σοιαν τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν. De Animâ verò seorsim à corpore loqui mihi ideo videntur, quod ea juxta illos sit princeps & potissima materia pars, quæ ad operandum aptissime est parata, ut in eodem libro alibi docetur. Totum verò negotium expedire poterit, quod idem Laërtius affirmit, Ægyptios statuisse Materiam principium rerum, ex ea deinceps quatuor elementa discreta, perfectasque complures animantes.

Tb. V.

Ex iis omnibus, in præcedentibus que adducta sunt thesibus, plusquam satis patuit, levem aut omnino nullam antiquis fuisse formarum cognitionem, cōque

minus quidpiam scivisse de aliquâ substantiali formâ, omnibus rebus naturalibus qua inesset, materiali contradistincta principio. Quâ re perspectâ, invitat, nescio quomodo, animus ad plura in hoc articulo investiganda, nisi proorsus illud ut ve-
Cic. 1.5. rissimum deprehendam, messe re-
fia. bus, qua discuntur ac cognoscuntur, invitamenta quadam, quibus ad di-
scendum cognoscendumq; movemur. Meditatio igitur nostra scire ad-
huc ultra avet, qua fuerit præterea
Antiquorum de formâ opinio.

Tb. VI,

Itaque sîstunt se nobis ordine, qui formam quidem alterum cor-
poris naturalis principium agno-
scunt, eam tamen non substancialē, sed accidentalem. Atque
hi quidem, præterquam quod eam
levi brachio & quasi per umbram
attigerunt, etiam discrepantibus
â te invicem absunt sententiis.

Aflu-

Affumit in exemplum ex veteribus, Aristoteles præprioris, De. Aris. 1.
mocritum & Empedoclem, de Phys. text. 31.
quibus pronunciat quod exigua parte formam, seu quod quid erat, tetigerunt. Ex his autem Democritum referente Zabarella, cum Lib. 2.
atomos, velut materiam quam Phys. ad
dam, cunctis rebus naturalibus text. 22.
sua largiri exordia, statuerat, distin-
xisse has easdem atomos, distan-
tiā, figurā, ordineque differre,
in quibus formæ cujusdam acci-
dentalis ratio conspicua est, quam
hic apud veteres investigamus.
Non absimile de hoc eodem Dio- De vit.
genes Laertius scriptum reliquit. Phil. 1.9.
Empedocles quoque formam non p.m. 637.
alio modo videtur intellexisse,
dum præter elementa, amicitiae
litisque meminit, quibus haud
dubie tale quid intendit, quale est
forma, quam modo Democrito
intellectam descripsimus. Hanc
Empedoclis sententiam, inter cæ-
tera ejus placita, in hunc fermè

modum pertexit laudatus Author:

Lib: 8. ἔδοκεν δὲ οὐτῷ τάδε. Στοιχεῖα μὲν
pag 615. τίναι τέτταρες, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, αἰρέα:
Hæc autem illi visa sunt ac placi-
ta, Elementa esse quatuor: Ignem
Aërem, Aquam, Terram. Et hu-
jusmodi opiniones plures fove-
runt veterum plurimi, de quibus
quæ dicta sunt sufficient; non e-
nīm ab iis multum fortasse ablū-
dent reliqua. Easdem jam refri-
cant errorum vanitates recenti-
orum quidam, qui talia dogma-
tum monstrā, jam bonâ fide per
tempus aliquod in suis speluncis
sepulta, in lucem protrahunt.
Præcipue verò ejus alliciuntur
blandimentis, qui novam sectan-
tur Philosophiam, adeo ut in eā sin-
gulares sibi imaginētur delicias ac
auξίαν. Sed hic quid distent æra lu-
pinis ut gratum fuerit omnib⁹ co-
gnovisse, ita dissentii haud diffi-
culter, quorum à studio partium li-
ber est animus,

Th. VII.

Sic paulatim laboratum in formarum, atque de eâ opinionum investigatione; sed quâm nihil adhuc dum inventum, quod ingenium, aliae veritatis sciendæ cupidum possit tranquillare, est in proposito. Formarum tantum quædam vestigia nobis, quasi ex densissimis nebulis, sese ostendere; vestigia, inquam, & indicia fuere, Actus cum potentia conjuncti, quæ hactenus animadvertisimus in concordia ac discordia Empedoclis, in positione, figura, aliisque Democriti accidentibus. In materia enim has operationes, pulchritudinem, varietatem excitat ac producit haud dubiè nobilissima illa ἐνέλεχεια, quam singulari suâ substantiâ fraudare, lividi foret ingenii.

Th. VIII.

Eam utiq; inter Antiquos, veritatis quâdam illustratus faculâ, primus a-

Lib. I. guovit Pythagoras, ut ait Colleg:
Phys. Conimbr. agnovit autem ita ut
cap. 9. quest. 9. Monadem & infinitam Dyadem
in principiis statuerit. Tendit prin-
cipiorum ejus alterum ad causam effici-
entem, & formalem, quae mens & eadem
Deus est; alterum ad patibilem & mate-
rialem, quae est aspectabilis hic mundus;

Lib. I. c. 3. sicut hac ratione Pythagorae de
de placit. principiis describit dogmata Plu-
Phil.

tarchus in de placitis Philosopho-
rum. In eadem fuisse Platонem
de formis Physicis persuasione,
qui eas per suam explicat ideam,
ex Alcino, ejusque libro 8. de do-
ctrina Platonis Author est Colleg.
Conimbr. loco allegato. Sin-
gulari vero cura formarum sub-
stantialium illustrat doctrinam
Aristoteles, licet interdum aliis
locis paulo obscurius, quid senserit,
proponit. Præcipue illud consi-
deratione dignum, quod formam
luculento stylo verbisque aper-

Lib. 2. tis alicubi ita delineavit: Λύγομεν
de Ars. δη επ τι γέρος τοτων, Την Σοίαν Τάυτης
c. 1. & 2. δε

δέ τὸ μὲν ὡς ὑλὴν, ἐπερον δὲ μορφὴν, καὶ
ἴδος, τόδε πί, καὶ, τρίτον τὸ ἐκ Τέταρτων:
id est: Dicimus itaque genus unum
quoddam eorum, quae sunt, ipsam
esse substantiam. Atque hujus aliud
ut Materiam, aliud Formam, &
Species; tertium id, quod ex
istis constat ac componitur. Et
hæc quidem perspicua sunt singu-
la, nostroq; instituto ad primè con-
ducentia; quia Formam, quam alter-
um compositi naturalis princi-
pium substantiale intrepidè ad-
struere animus est, evidenter de-
scribunt. Talem etiam Formarum
notionem veritati usquequaquæ
consentaneam judicamus, qua-
propter apud cordatores quoque
locum ac applausum inventuram
iperamus, quâ ratione omnino ex-
cipiuntur, qui animorum quadam
levitate abrepti, innovationum
ardent cupiditate, & ob id omnia
traducendi damnandique libe-
dine ducuntur.

ARTICULUS TER- TIUS.

Articulo superiori, digressio-
nis occasione differuimus,
pro re natâ, de variantibus
Philosophorum sententiis, in tra-
dendâ formarum doctrinâ; exi-
git jam propositi ordinis ratio,
producantur argumenta quibus
idoneo modo, Formarum sub-
stantialium existentia queat ad-
strui, & corroborari. Solet autem
id hic loci, multitudine quâdam
probationum ab Authoribus præ-
stari, ubi pulchrum existimant,
rei pulchræ suam veritatem ac di-
gnitatem variis vindicare artibus,
Nobis tamen è diverso placet,
pondere potius certare rationum,
quam numero, causæ præsenti
mutuantibus subsidium ab iis, qui
in similes curas, ingenium suum,
non indiligenter, intenderunt.

Tb. I.

Sub initium quidem, faciet certitudinem formæ nostræ substantiali, ratio à compositione rerum naturalium desumi solita, quomodo utique existimandum, si *forma*, quæ sit substantia, revocetur in dubium, non superesse amplius modum quo commodè probetur, corpora naturalia esse composita, ubi cave, intelligas compositionem aliquam specialem, quæ in certis speiebus reperitur, & per mixtionem ex elemētis ac principiis chymicis significatur; quo sensu Sperlingio sola *Materia omnis compositionis* Materiæ & Formæ conjunctio efficit. Dilucidè hæc à Scheiblero, per exempla discutiuntur, ac explanantur. Illatio vero talis pro formâ substantiali ex naturâ compositionis subnascitur: Dicendum omne *Corpus naturale* cum sit compostum,

sum, esse tale vel ob materiam, vel aliud
aliquid ei additum ac conjunctum;
quod autem ob eam tale illud dici
non possit absq; absurditatis crimis
natione, evidens est. Quis enim
corpus ob materiam, quæ una seu
sola est, dicat compositum? cum
Compositio ad minimum sit inter
Mat. diu. duo: unde Calovius dicit, Compo-
Clas. 2. sitionem esse quasi multorum unionam.
Affec. Remanet igitur, compositionem
csp. 17. in substantiis Physicis, ex conjun-
ctione materiæ cum aliâ aliquâ re,
resultare, quod est nihil, præter
Formam.

Tb. II.

Atqui sentio succenturiatas
esse instantias, quæ nè ex im-
proviso nos obruant, sunt amo-
vendæ. Arguar insufficientiæ, in
enumerandis partibus Oppositio-
nis, quæ cum materiâ compositio-
nem absolvere possent. Adde-
rentur accidentia, instar formæ
cum Materiâ quæ coalescerent, ac
compo-

compositum constituerent. Verum
hoc per negamus. Etenim sic cor-
pus naturale nec esset aliquod sub-
stantiale, nec unum per se. Sub-
stantiale non esset, quia accidenta-
lem compositionem, & impropri-
am, qualis cum materiam inter &
eius accidentia intercederet, seque-
retur accidentale compositum.
Neq; unum per se foret, ob eandem
conjunctionem impropria. Cu-
jus rei judicium, utrum talis com-
positio concedi possit vel debeat,
est penes intelligentem: At ne-
gant, adversae parti qui favent, cor-
pus naturale per hanc formæ expli-
cationem constitui ens per acci-
dens, quandoquidem Motus, quies,
figura, &c. naturaliter ordinantur
ad unum; qualem ordinationem,
evidens Entis per se esse argumen-
tum, ajunt. Exceptio autem ta-
lis malæ causæ non patit patroci-
nium. Ordinatio hæc non suffi-
cit; lex enim naturæ ad unionem
essentialiæ requirit substantias, ex
qui-

quibus ens per se oritur; cum accidentalem accidentium, licet naturæ fiat dispositione, unionem, non nisi unum per accidens sequatur. Breviter, sed nervosè comprehendit hæc omnia, sic inquiens Scheiblerus: *Ens per accidens*

Met. l. i. est quoties substantia & accidens
Cap. 22. uniuntur ad faciendum aliquod
att. 2. compositum, Et quod dicunt, per
talem accidentium cum materiâ
concursum, effici Compositum, si
non substantiale, saltem essentia-
le; Illud damnamus. Quippe
motum, figuram, & cætera, quæ
enumerant ipsimet Accidentia es-
se negant, & modorum tantum
ajunt habere rationem, qua propter
nec essentialia queunt esse princi-
pia. Meræ etiam ineptiæ sunt,
quæ pro hac afferunt positione, ut-

Fatting. poteris: *Quamvis respectu materiae Acci-*
dentia sint vel verius modi, quia adesse
in Clav. Ph, Nat. & abesse possunt, absq; ejus interitu; sunt
tamen aliquid essentialie respectu totius

*corporis; quasi ejus intuitu, singula-
rem induerent naturam, & aliam
quam ex se ipsis alias habeant.*

Th. III.

Proporro certū est, vel proprio
adversariorum judicio, materia
esse nudam potentiam, quæ idpro-
pterea inepta est ac inhabilis ad o-
perationes ejusmodi edendas, qui-
bus omnes totius universi hujus
naturales res gloriose eminere cer-
nuntur. Itaq; secundæ probatio-
nis momentum, pro substantivis
formis, ex operationibus & pro-
prietatibus compositorum Physi-
corum desumitur, hoc quidem mo-
do: Manifestissimum est, totam
rerum naturam singularibus suis
dotibus instructam ac decoratam
esse, unde varii creaturarum ordi-
nes, varia eaq; incredibilia ope-
rationum ac effectionum ostend-
dunt monumenta. Sicut verò il-
la egregiè accidentium exornant
classem, ita etiam sua postulant &
sub-

subiecta, & causas, absq; quibus seu esse, seu produci nequeunt, talia subiecta erunt vel Materia, vel Forma, at Materia non sunt; ea enim cum sit, ut jam jam patuit, principium passivum, torpidum ac ignavum, ^{an}nos est, omniq; hoc quidem modo, effectrice vi destituitur. Ergo Forma quædam concedenda substantiva, in tam sublimi residens solio, ut digna possit haberi, cuius potentia sustententur, ordinatione vero administrantur accidentia & eorum effectiones, inter res naturales.

Tb. IV.

Oggerunt, quibus hæc est adversa assertio, Formam non esse actionum principium, sed totum Compositum. Respondemus, optimè quidem ab iis affirmari, totum Compositum esse operationum fundamentum: Si enim hoc, utique & in illam communionem ipsa quoque forma, cum sit pars essentialis compositi, & vult &

& debet admitti. Interim tamen & hic notamus discrimen inter Principium Radicale seu Subjectum Quod; & Subjectum Quo seu Principium proximum. Hac ratione Forma est principium Actionum. Illa Tocum Compositum.

Tb. V.

Tandem quoque tertiam rationem, in nostro negotio , nobis sufficiunt, ipsæ rerum naturalium distinctissimæ essentiae, in quibus admirabilis varietas , adeo ut non solum specierum sit ab invicem discrepantia incredibilis, sed & individuorum ejusdem speciei notabilis differentia. Sed hæc omnia, vel à Materiâ , vel à Formâ aliquâ substanciali seu proprio suo subjecto . prodibunt. Atqui materiam in id evchere fastigium, ut tanta munia, tamque magnificas expeditiones, in rerum naturâ, obire possit, non sustineret quis absque errorum exprobatio-

tionibus, utpote qui eā rationē
argueretur, elevasse eandem su-
pra suam sortem, per attributio-
nem talium proprietatum, quæ
einequaquam competere possunt.
Probandum enim foret, materiam
distinctionem rebus addere natu-
ralibus. Quod si quis aggredie-
retur opus, statim ei adversanti
objiceremus, quam ipse largitur,
Materiæ in omnibus rebus iden-
titatem; quare si specierum natu-
ralium distinctionem causari dice-
retur, ipsa ut ex concessso in o-
mnibus una esset, similitudinem
& convenientiam cunctorum in-
ferre deberet, atque sic talis asser-
tio suum Authorem infelici ni-
mis ac illætabili coargueret con-
tradictione.

Tb. VI.

Forma igitur hoc in casu, ut
aliás sæpiissimè, adest, suo fungitur
munere, rerumque hujusmodi
molitur efficitque discrimen. Hæc
maxima inter & minima, animata
inter

inter & inanimata, imò inter Cœlum & Muscam ponit discrimen, tali quidem ordinatione, ut quod amplitudine, ornatu, vastitate, & pulchritudine est inæstimabile, à corpusculo tenuissimo, propter admirabile in tantulo spatio struatur artificium, partium nexum, membrorum subtilitatem, harmoniam, & perfectissimam totius viventis naturæ officinam, planè exsuperetur.

Tb. VII.

Pauca jam hæc, loco rationum pro forma substantiali allata sint, ac sufficiant. Cætera hic urgeri solita, utpote illa de generatione rerum, quæ, negatâ Formâ, nulla est, nec non ea quæ à corporum externâ structurâ, organorum varietate, membrorum dispositione, & partium connexione etc. desumuntur, ad plenam Activæ partis in compositis naturalibus probationem, sciens volensq; præ-

C tereo,

tereo; ingratam prolixitatem,
quæ nos plenis passibus, præter
nostram mentem, insequitur, de-
clinaturus. Si cui tamen hâc in
Diss. Phys. 2, parte plura placent, adeatur Rode-
Sect. 1. ricus d' Arriaga, ut & Antonius
Lib. 1. Ruvio, qui nostrum hic sup-
Phys. plent defectum.
tract. 2.
de Form.

Th. VIII.

quæst. 1. Post omnia illa, quæ hactenus
de formâ substantivâ corporum
naturalium, disputata sunt, vel
pro illâ tanquam genuina affer-
ta, vel ab eâ, ut adulterina reje-
cta & profligata; tandem, quan-
tum fieri potest clarissimè vera e-
jus subjungi postulat definitio, cu-
jus causâ tota hec nobis suscepta
est institutio; quam si dare possu-
mus modo aliquali, in profundis-
simò hoc omnium rerum natura-
lium arcano, omne punctum tu-
lisce nos arbitrabimur, inde ca-
pturi voluptatem non parvam.
Nam ut pulchre scribit Poëta Lu-
cretius;

*Nihil egregius quam res est cernere
apertas*

Lib. 4.

Ab dubiis, animus quas ab se protinus abdit.

Rer. Nat.

Suppeditat ergo ipsam definitio-
nem heic Svaritz, quæ talis: *For-
ma est substantia simplex, incom-
pleta, que ut actus materie con-
stituit cum ea essentiam compo-
site substantie.* Hanc unam &
plurimis plurimorum, quæ cir-
cumfruuntur, arripiimus, ut optimam definitionem; utpote quæ
talem re & verbis exprimit Formam, qualem querimus; quod
pluribus ejus Analysis, brevi-
ssime subnexa, demonstrabit.
Itaque in definitione (puta reali-
nam quod ad nominalem adtinet,
eam prius, quantum sat est, nī
fallor, discussimus) generis loco
adhibita est vox substantiæ; verè
enim forma est de Categoriam sub-
stantiæ, ex quâ tum Materia, tum
Forma participat. Particulæ cæ-
teræ differentiæ vicem obeunt, ex

qui^bbus simplicitas, excludit compositionis rationem, quæ in compositis physicis cernitur. Incompleta verò dicitur, ad significandum eam, non per se solam, sed materiæ associatam, constitutre substantiam naturalem. adeoque desideratur, ut sit incompleta;

Curs. nam, ut ait Franciscus Murcia:
Philos. *Ex naturis completa^ū alia tertias non
part. 2. Disput. 2. super 1. Lib. Phys. quest. 1.* potest componi. Tali etiam appellatione, quasi per distinctivam particulam, excluduntur spirituales essentiae, quæ per se sunt completæ, nec ullam cum materiâ appetunt conjunctionem. Actus quoque nuncupatur, quo ab ejus natura sequestratur omnis materia, quæ est potentia, quam demum suo adventu, ut distinctum quoddam actionum principium, actuat ac informat, cumque cā absolvit totum aliquod Physicum. Jam divisiones formæ, cum eas omnes ferè qui systemata Physica ediderunt, studiose exhibent.

bent, hic annotare supersedemus,
contenti aliorum curâ & operâ;
ad quos etiam, horum videndi
studio qui efferuntur, remittimus.

ARTICULUS QUAR- TUS.

QUAMQAM, ut spero, nihil eo-
rum, quæ adhuc pro FORMA
SUBSTANTIALI adducta sunt
absque rationum firmis argumen-
tis assertum est, indeque fide di-
gnissimum habendum; tamen re-
periuntur ii, quibus hæc doctrina
minimè est ad palatum, ac ob id
obscuritates, quas reapse in ar-
gumento præsenti, propter suam
certitudinem, non offendunt, in
illud violentâ quâdam ratione,
incogitantiūs invehunt ac intru-
dunt. Ita hominum diversa sunt
ingenia, utinam non etiam per-
versa. Labitur ætas, mutatur
quoque, & dolendum! de die in
pejus. Cūm seculorum fugâ fu-
giunt boni mores, erecta mens

constantia animi, degenerantque
mortales. Posteri avis sunt dete-
riores. Laxat in has querimoniae
Poëta stylum.

Horat.
Lib. 3.
Carin.
Od. 6. tā. *Ætas parentum pejor avis, tulit*
Nos nequiorcs, mox datus
Progeniem vitiosorem.

Atque ut in omnibus bonis de-
scitum à priscâ simplicitate, ita
in disciplinis quoque, & literarum
studiis. Si quid ad rudem vetu-
statem confert posteritas, statim
industriæ laudem ac gloriam, er-
rore fascinat obfuscaturque, inter-
vertendo in pluribus veritatem,
vel saltem claritati ejus umbram
offundendo, idq; non ob aliud nisi
quia displicant antiqua, & stimu-
latur animus novitatis quodam in-
centivo, quod disticho alicubi ex-
Lib. 7. preslit eleganti Calphurnius :

*Vilia sunt nobū quacunque prioribus
annis*

*Vidimus, & sordet quicquid spectavi-
mus olim.*

Hinc

Hinc pro veris incautè falsa attripiūt. Disquirendum proinde paucis, quid & in hoc genere molatur novaturientium turba, disquiren- dūm, inquam, eo modo, ut ad- versæ partis in apricum producan- tur de Formâ opiniones, & pro hâc erroneâ suâ sententiâ rationes, quò dispiciatur si quid in se firmi- tatis continant, & utrū nostris sint prægnâtiōres vel magis evidentes.

Tb, I.

Convellunt imprimis Cartesi- ani veram illam ac stabilitam de Formis doctrinam, ut inquam, omniaemque formarum substan- tialium rationem, esse non nisi figmentum, in cerebellis Peripate- ticorum natum magno ore ac consensu clamitant. Cudunt itaq; novum dogma, horrendum po- tius monstrum dicendum: For- matum nempe consistere in Motu vel Quietē, Situ, Figurâ & Magnitu- dine; Affirmantes eam non esse, nisi

nisi aliquod Accidens, quod omnium sit operationum, & effectuum in rebus naturalibus causa. Hinc totius naturæ profundissima arcessunt secreta, &, quicquid in eâ uspiam animadvertisit ad mirabile, conatu petulantî eruunt ac explicant, seu occultum fuerit, seu manifestum. Hujusmodi assertione verbis concisis expedire nunc est animus,

Tb. I I.

Principiò itaq; statim dicendum fallere vehementer talem Formæ explicationem, eò quod infinitas de se gignat absurditates. Leve est, quod Materiam Formâ longè nobiliorem hoc modo statuunt. Leve hoc ideo dico, quia talis ipsis non est iniqua assertio. Gravius est difficilusque, quod hoc posito dogmate, ineptissimæ inde subnascentur conclusiones aliæ, quas nec probabunt ipsis. Per talem Formam, quæ consistit in Motu vel Quietè, Situ, Figura & Magnitudine,

tudine, si explicabitur ut id concedunt *Vita Brutorum animalium*, ac *Plantarum*, non dubium erit, quin cā ratione plura, quam hætenuſ notavimus, innotescant viventia. Nam si Vitam Motus efficit, emissam de arcu sagittam, quæ citatissimo fertur cursu, etiam maximè vivere affererem. Terræ quoque cur non vitam tribuerem, si quies quidquam ad illam conferre possit? Si deniq; Magnitudo, si Figura, si positura, quidpiam vitale in se continerent, Montes, Saxa, Statuꝝ, cæteraque, non essent vitæ planè expertia.

Th. III.

Excipiunt hic, nec Motum, nec Quietem, etc. solitariè ac sigillatim spectata, sed simul sumta, veram corporum facere Formam. Sed descendit hæc exceptio in proprium Authorum suorum jugulum. Res enim naturales, vel non habebunt veram Formam omnes, vel

Si habent, ea juxta eos consistet
in Motu Quietè Figurâ, &c. Si
prius affirmant, non evitabunt
calumnias, quod corpora cā ra-
tione imperfecta & absque For-
mâ somniant. Si verò posterius
acceptat, gratis allata est exceptio,
quoniam omnia corpora debent
habere omnia illa recensita, ut ve-
ram suam Formam, si modò per-
fecta salutari merentur; quod et-
iam falsitate non levi laborat.
Manebitque verum, deduci ab
illorum Formæ explicatione, o-
mnia Corpora vivere, quia can-
dem habeant Formam Motum
scilicet, Quietem, Magnitudinem,
Figuram, & situm; quod est inter
omnia absurdissimum.

Tb. IV.

Deinde, si omnem formæ ra-
tionem absolvant conditiones illæ
sepius recitatæ, quomodo, quæso,
Canē ab Equo, Sucm à Lecone, hisce
adminiculis discernere velis? sunt
namque his omnibus modò enu-
mera-

meratæ rationes formæ. Materia, ipsiſ fatentibus, eſt una, adeoque nihil quidquam potest ad hoc conferre diſcrimen, inter hæc quod intercedit animalia. Fortè hic, ad Magnitudinum, Motuum Situum, Quietis, & Figurarum diversitatem configere, videbitur tutiſſimum. Quærendum igitur tandem; Cur eadem Materia eosdem motus, cæteraque non habeat eadem? Cur eadem Materia diversitatem & varietatem quandam affectet? & quæ sit variationis cauſa? Utrum Motus, Quies, Figura, Situs, Magnitudo, hic iterum tantam moliantur diſcrepantium? Stultum eſtimare, qui hoc in momento affirmatione ſuſtineret. Recensita illa omnia postmodum à ſeipſis oriuntur, at cum ratione insabiret, qui aliquid ſuipſi, eſſe cauſā auderet adſtruere. Ergo, quia vident ſe ita in angustias redactos, respondent Deum eſſe primariam cauſam Motus &c.

Illud

Illud sane, quod & τὰν ἀμφὶ^{τὰν}
largimur, non male dicunt, qui
ut Cl. Sperlingius ait: Causae parti-
culares, nisi moveantur & adjuventur
ab universalibus, nihil agunt; At-
tamen causas proximas & particu-
lares, de quibus jam nobis est men-
tio, male & crudè negligunt. In
enim Deus ad conservationem &
directionem naturalium concur-
rit, ut a se creatas secundas non
excludat causas, sed eorum, tan-
quam certis mediis, utatur mini-
sterio. Quid autem mirum est, in
hujus modi illos devendire errorum
labyrintos, cum id unicè operam
dent, ut singularia habeant do-
gma, quæ quasi portenta ab
aliis discriminentur?

Tb. V.

In fronte verò, postquam The-
sin suam modo, qui patuit, tra-
dunt, ut eandem probent, hanc
fortè collocare audent ratiuncu-
lam. Si Forma, quæ substantialis di-
citur,

citur, clare & distincte non potest concepi aut explicari, utique non datur. Sed Antecedens, vel proprio consensu nostro, vera est. Ergo & Consequens, Habet argumentū allatum multas, ut loquuntur visiones. Fundamentum primum meretur examinari, num illud ab omni parte firmum sit ac probabile. Sed confessum se primo intuitu prodit vitium ejus primarium, à quo reliqua flouunt abīna. Verba illa, distincte & clare concipere, singulare quidam involvunt; Sc. intendunt, quod Intellectus sit rerum mensura. Ita enim quidam loquitur sectarius: *Nos statuimus & sentimus intellectum Tatting, & cogitationem nostram solam rerum cognoscibilium in Physica normam esse.* Clav. Phil. Nat. Hinc statim conclusionem talem Cap. i. ac regulam ducunt: *Quia ego* ^{quam} ³¹ *clare & distincte rem aliquam percipio, propterea etiam ita se habet,* Hic si verus est Canon nullibi recte applicatus fallet, Atqui subsumeret quis: *Purgatorium* *cla-*

clarè ac distinctè comprehendit intellectus, cum id scriptis ac literis exponunt Pontifici; Ergo sic se habet. Sequelam talem qui non approbant, distinguunt inter species compositas & simplices: has quidem asserunt esse in Intellectu, & ob id rectè cognosci; illas verò non item, hinc nec rectè intelligi. Atque ex speciebus compositis esse Purgatorium, utpote in quo plura sunt consideranda, nempe locus, forma, adiuncta, homines, & id genus alia, unde neque accuratè Intellectui proportionari ajunt. Verum ex iliorum hypothesis si loquendum, ob quam causam & quo jure ampliori simplices species præ compositis intellectui inerunt? Et quantum erit ipsis compositarum species norma? nam & ex cognoscuntur. Responsio sanè pro illis quæ satisfaciet non liquet. Contrarium profectò verum est. Cum enim

enim Bellarminus Lib: 2, de Purg.
Tomo I. Cap. 6. 10. 11. purgatori-
um statuit esse sub terrâ, inferno
damnatorum vicinum: Poenam
esse ibi carentiam visionis Dei,
ignemque corporeum; bene mibi
formo ejus conceptum, quasi ex-
isteret, nihil obstante eo, quod
species ejus sic composita. Ap-
paret ita doctrinæ hujus veritas
quomodo nullâ sui parte firma
sit, sed undique fallax ac ruino-
sa, partusque monstrosi facili-
dissima? *καὶ περστῆς* converti
hanc regulam, ut amplius palam
fiat, quid continet. Quia ego
distinctè & clarè non percipio
hanc vel illam rem, utique non
existit. Adverte jam, de divinis
rebus quid fiet, factâ applicatione.
Hoc sanè sponte quâdam fluit: si
res aliqua est quia eam distinctè
& clarè concipio, utique non
est, si eam distinctè & clarè non
concipio.

Occurrit præterea dispicienda
 allati argumenti propositio Ma-
 jor utrum bene cohæreat, & an se-
 quatur ex antecedenti ea conse-
 quentia. Formam, quia non cla-
 rè cognoscitur, dari negant. At
 quid amplius de Materia norunt?
 cur eadem ratione illam non vel-
 licant? Quod illam extensam di-
 cunt, nihil est, quia, ejus essentia
 extensio non est, cum ea sit Quan-
 titatis, quicquid hic ogganniant
Novatores. Jam si hanc extensio-
 ne, quâ circumvestitur nostrisq; se-
 offert sensibus Materia, exueretur
 tantum per mentis operationem,
 ut amplius percipi non posset,
 an eò minus postmodum esset ma-
 teria? Misere philosopharetur, qui
 inficias iret, quemadmodum olim
 hanc eandem rem solidè ex mo-
 re suo, discussit in quodam Colle-
 gio, nunc inter Cœlites beatus, ex-
 cell: Dn. Doctor Martinus Brun-
 nerus, quondam Theologus Ubsa-
 liensis

liensis longè celeberrimus, cuius
cælestem animam Cœlestis Provi-
dentiæ, corporis ergastulo præma-
turè liberatam, in coeli transtulit
æterna domicilia. Licebit etiam
huc bonâ cum lectoris veniâ tran-
scribere nonnulla, quæ laudatq; Do-
ctor de eâdem re contulit ad Dispu-
tationem quandâ: verba ejus, post-
quā in aliquibus qæ p̄cedunt se
Cartesianis opposuisset, ita habent:
*Et quid multis? in promptu est exemplum
Cartesianū domesticum.* Materia illa
cælestis subtilior, quæ in illorum Philo-
sophia & puppis & prava est, si à nobis ne-
gatur, recurrent ad ejus operationes & ef-
fecta. Si hanc probationem non admit-
timus, jubeamusq; eos de illa à priori lo-
qui, vix illi quidquam adferre poterunt,
cui simile nos de forma non proferemus.
Nam si extensam dicent, dicemus nos
formam activam esse, & extensio com-
munem tantum dat materie notionem,
non repræsentat propriam istius materie
naturam. Si alia de hujus materie es-

sentia dici possumus, quae negari a
nobis jure non possint, eo, ni fallor, tan-
dem devenerit, ut dicturi sint se ista
plura ignorare. Negat tamen volent su-
am istam ignorantiam isti sua materia
fraude esse, quo minus in verum natura
esse existimetur. Quin et Cartesius ipse
expressè docet aliquid in verum natura
esse, et si modum ejus et rationem exacte
non capiamus. vid. pr. phil. 2. §. 34 35.
utatur hic eadem aequitate. Hucusq; ille
Qui igitur fit, quod quemadmodum
materiam metimus ac aestimamus
ex conjunctâ sibi extensione, eo-
dem jure non liceat Formam a suis
operationibus, ut certissimis præ-
sentia sua indicibus, dijudicare?
Anne nulla omnino cognitio dabi-
tur a posteriori? Neminem sanè
crederem operæ pretium factorum
si, quando τὸ μῶν non caperet, sta-
tim sine examine ulteriori τὸν ne-
gare constitueret. Quod si levaveo-
lentiam quandam, miris modis gra-
tiâ suâ nares meas titillantem, in-
domo aliquâ persentiscerem, dice-
remq;

remq; ob id, vel herbam quam piam,
aut olientissimam rem aliam in do-
mo adesse, quis me jure reprechen-
deret?

Tb. VII.

Instar omnium sit, historia illa ^{Lib. 7.}
Senderto, in Epitome Historiæ Na ^{Cap. 10.}
turalis notata de Basilisco. Conti-
git Warsoviæ, ut is refert, duos in-
fantulas, qui pro ætatis more cessa-
tionis impatientes, ut ludicra exer-
citatione temporis rædium falle-
rent, tum vero in latebras alter ab
alterius conspectu ausfugeret, in de-
solatam quandam cellam, sed oe-
cultam, se conferre, quod ut fa-
ctum est, mortui in terram conci-
dere. Cumq; hos infantes ancilla
quædam parentum, seu iussu, seu
rogatu, quereret, atq; hunc spe-
cum subterraneum, quem fortè a-
nimadvertisit, ejus rei gratia intra-
ret, eodem tristici casu est ablata. Ad
hoc grave ac ingratum spectacu-
lum accessitus Archiater quidam

regius judicavit in defossâ illâ ter-
râ, veneni præsentissimi lerpentem
stabulari, cuius vel halitus, vel visus
solum, esset nefandæ causa stragis.
Hoc ut exploraret, descendit in cel-
lam personatus quidam vir, & spe-
culis aversis circumquaq; muditus,
quod bis quidem præstiterat, ut ex
pacto, viræ supplicium, quoniam ex
facinoris erat, hoc modo effuge-
ret. Tertiâ tandem vice ardenti-
bus instructus facibus, quæsumum
reperit ac resert monstrum, nem-
pe basiliscum. Quod si ultimò, ut
primum, & deinceps, irrito labore
coactus fuisset recedere, an eò mi-
nus vera locutio fuisset Archiatri?
Aliud sane docuit eventus. Par-
tatione iniquissimum judico, qui
me ut errantem suggillat, dum for-
mas substanciales, ex variis in rerum
naturâ operationibus, adstruere al-
laboro, utut cognitio earum, quâ
propriam essentiam, sit longè ab-
strusissima. Adeoq; concludo, quod
licet incognitæ sint formarum sub-
stan-

stantialium essentia, non tamen i-
deo negandæ. Satius enim est cre-
dere, has dari in corporibus, secun-
dum uniuscujusq; capacitatem ac
indigentiam, quam horrenda quæ-
vis comminisci, ad disturbanda
magis obscurandaq; naturæ arca-
na: qualia sunt motus ii, quos vor-
ticum instar globulos & materias
illas cœlestes, quæ sunt primi ac se-
cundi elementi, interdum etiam
striatæ, nescio quibus gyris ac cir-
cellis pulsibusq;, efficere fingunt ac
sомнiant tam solerti quidem com-
mento, ut illud, nè subtilissimis qui-
dem Philosophis aliis, unquam po-
tuerit venire in mentem. Verè
ad eo de illis dici potest quod alicu-
bi signavit Sperlingius. Horridè
loquuntur, & horridè sentiunt.

Tb. VIII.

Atq; his altius consideratis, nec
istam moramur objectionem, quæ
etiam ad evertendas formas, ab ea-
tum ignoracione producitur, sub

hâc formâ: *Si darentur forma substantiales, essent vel extensa vel intellectuales seu cogitativa substantia. Sed nec intellectuales sunt, nec extensa.* Ergo non dantur forme substantiales. Quâvis enim rei ipsius intima essentia ignoretur, ea tamen ideo nequam inficianda, quippe quod cā ratione infinitæ propemodum res, quæ in natura observantur, quasi non essent vel fierent, damnari deberent. Persuasi etiam mihi, quodam veritatis haud dubiè æstro ductus, multum præstare interdum, eruditæ se ignorantiaz symbolo tueri in re obscurâ, quam contra eandem, misellas quasdam & ineptas rationum adferre formulas, easque verbis, ut ait Comicus, ornare, hoc est, hyperbolicis jactare laudibus.

Th. XI.

Hæc de obiectione illâ in genere. Breviter etiam interiora ejus pervidenda. Et quamquam Achilleum hoc suis Patronis videatur

deatur argumentum, adeo ut insolubile illud salutent, miror tamen eos, qui ceteris volunt habeti in omnibus perspicaciores, in hoc voluisse tam serio ac solidè triumphare. Error hic primus est, nec levis, in argumentatione proposita, quod crudè petat principium propositionis confirmatio, quæ statuit non dari medium, inter substantias extensas & intellectuales; hoc namque jam queritur, utrum detur substantia, quæ media sit inter materiam & spiritualem essentiam.

Tb. X.

Deinde, quod concernit illud, Medium non posse dari ideo inter materiam & naturam spiritualem, quia oppositio inter illa intercedat contraria; firmo nequaquam suffitum est ibicinе, cum nulla hic sint oppositionis contrarie vestigia, quod, si placuerit accuratius intueri, absque difficultate possit anim-

advertere. Quippe nec termini
ni ipsi, extensum & cogitans, hic
ita sunt contrarii, ut medium non
admittant; quandoquidem Deus
Maximus, ut absque repugnantia
talem medium naturam creare
potuit, ita eam quoque actu crea-
vit, & in naturâ posuit, sicut id
ostendunt rationes in superiori-
bus, pro Forma adductæ. Illud
quoque non planè prætereundum,
posse hanc Formas etiam dici ex-
tensas, nempe si cautionem, qua-
plerumque opus est, adhibueris.
Duplici significatione aliquid di-
citur extensum, extensione, ut
Scholæ loqui amant, vel entita-
tivâ, vel quantitatîvâ; aut, quod
idem est, extensione molis & qua-
titatis, seu præsentia. Propter hanc
præsentia extensionem, Forma
dici potest extensa, per eam enim
res una simul adest pluribus spatiis
partibus. Cum alterâ illâ extensi-
one Formæ stare non possunt,
cum ea corpoream naturam & quantam

inferat, quæ circumscriptivè spatio
ad sit.

Th. XI.

Nonc si ex occasione specialius
definiendæ, brutorum & rerum
inanimatorum aliarum formæ, ad-
firmo eas medium obtinere natu-
ram inter spiritus, accepto voca-
bulo in significatione propriâ, &
materiam, ita ut à naturâ cogita-
tivæ seu intellectualis substantiæ
tam propè absint, quam habent
cum illâ in operationibus & pro-
prietatibus suis congruentiam, hoc
est; differunt ab eâ per intelle-
ctum & voluntatem, quorum ni-
hil in se continent. Conveniunt
ergo cum Spiritu, quod, non se-
cūs quam ille, per extensionem
præsentiaæ adhuc suis corporibus,
eaque informent ac penetrant;
quo etiam, ut discrimine mani-
festissimo, discernuntur à materiâ,
cujus iudoli talis informatio ac
penetratio penitus repugnat.

Imò, nisi medium hoc foret rerum materialium & immaterialium, vacui absurdum quoque in formis admitteretur. Patent ista expendenti altius angelicæ naturæ rationem, quomodo & ipsa infinitis parasangis divinâ naturâ inferior, animâ quoque humana superior, quasi medium quid inter has spirituales essentias insinuat.

Th. XII.

Necunt porro tricas adversarii ut, quod volunt quo jure quaque injuriā obtineant. Iusurgunt ita: *Quicquid in alio existit dependenter, est Accidens.* Atqui omnes Formæ materiales in matteria existunt dependenter. Ergo Formæ sunt Accidentia. Sed frustra hæc tela vibrant, tam remissio arcus nervo. Oportuit, enim illos, non quamvis inexistentiam, (liceat jam his Scholasticis uti terminis) quæ substantiis quoque competit, confundere cum inhærentiâ tali, quâ unum inhæ-

inhæret alteri, ut subjecto, accidentibusque est domestica, atque ex errore tali substantiam facere accidens. Illa namque ratio existendi in aliquo, diversa est ab *ιντάρξει* accidentium, propter defectum requisitorum. Est, verò Forma in Materia *περιχωρησικῶς*, quod substantiæ non repugnat, ut hoc affirmsat Celeb. Dn. Flach. Colleg. Logic. Ad hæc notandum, cum dependenter aliquid in alio existere dicatur, illud explicari modo non uno. Quia accipitur primò propriè idq; , vel de dependentiâ effectivâ, quomodo creaturæ dependent à Deo : vel de dependentia subjectiva, secundū quam accidentiâ à subjectis suis dependent. Secundò generaliter & impropriè, pro quavis dependentiâ, quā unum ab alio quocunq; modo dependet, sicut pisces ab aquâ, aves ab aere, & quævis res locata à suo loco. Atque non aliis, sed ultimo modo, impropriè sc. Formam à

Proem.
cap. 4.
Sect. 1.

materia dependere concedimus.
His prælibatis, respondendum ad
propositionem maiorem, per ejus
dem negationem, quod eadem
in propositâ suâ amplitudine non
procedat, demonstratum enim,
non omnem inexistentiam pro-
miscuè accidentis inferre ratio-
nem, sed in hærentiam eam, qua
de re aliquâ, per debita requisita
probatur; qualis nulla ratione
Formis substantialibus attribui po-
test. Iam si ita limitatur propositio
Major. Quicquid in alio, ut sub-
jecto inhærentiæ, per dependen-
tiā propriè acceptā, existit, illud
est accidens, est probanda minor.
Quod qui præstiterit, magnus no-
bis censembitur Apollo. Addo hoc.
Si verba illa, dependenter existere
in materiâ, aliquid occultum con-
tineant virus, quod forma educa-
tur è potentia materiæ, vel simile
quid, tum ea penitus, sub hac si-
gnificatione, de forma substantiali
negamus. Nec quidem omnino
pro-

probabile nobis id, si, quod vulgo fieri solet, subinventant Formam dependere à materiâ in fieri esse & operari. Diversum sanè, de existentiâ præcipue, evincere videntur rationes, hoc in negotio quæ solent adduci.

XIII.

Minatur adhuc conflictum objectio sequens. quam nobis ex Bassone & Gorlæo Cartesianæ scholæ Doctore, suppeditat Henricus Kipping. *Formæ sub. inst. substantiales corporum naturalium gene-* Phys.
lib. I.
cap. 4.
rantur. Formæ materiales non ge-
nerantur. Ergo non substantiales sunt.
Nititur ea falsâ hypothesi, quasi concessum esset Formas omnes quæ ita dicuntur materiales, non generari; quod quām longissimè abest à vero. Verè enim Generatio, quæ successit creationi, inter res naturales viget, earumque species conservat, at quo ab interitu vindicat: unde Epicuro, jam suo rem-

tempore, semen dictum ψυχή
καὶ σώματος ἀπόσπασμα: Animæ &
Corporis excerptum fragmentum.
Evincunt docentque hoc idem
rationes in contrarium allatæ, ac
subnexæ. 1. Si res naturales sibi
simile generant, utique non so-
lum materiam sed & Formam gi-
gnunt. Atqui Antecedens apud
omnes est in confesso; ergo nec
consequens in dubium revocari
debet, quod cum Antecedens si-
bi constare non possit. 2. Gene-
ratio est conservatio specierum.
Solius materiæ propagatio non est
conservatio specierum. Ergo,
præter Materiæ propagationem
requiritur illa etiam Formæ, ut
vera habeatur generatio, & per
eam specierum conservatio. 3.
Nisi Forma æquè generetur ac
Materiæ, non esset generans cum
generato ejusdem speciei, non ha-
beret enim generatum id, quod
generans, formam scilicet, quia
sola materiæ generata esset. At
fal-

falsum est consequens, quod non
sint ejusdem speciei. Ergo & Ante-
cedens. Vel ita : Si generans
non generat tam formam quam
materiam, non est ejusdem speci-
ei cum generate. Atqui est ejus-
dem speciei cum generato: Ergo
generat tam formam quam ma-
teriam. Quibus si evincitur ge-
nerari quoque formas, ceu de eâ
re nondubitamus, non minus in
sumum abit Adversariorum no-
vissimè prolatum argumentum,
quam cœtera antecedentia. In
summâ ergo, de formarum gene-
ratione, pronunciamus, cum Da-
diele Sennerto, qui, ceu cœtera sua
dogmata mirâ & industria & feli- Epitom.
citate adornavit, hic quoque cla. lib. 1.
rémentem suam exprimit dicens:
Hoc omnibus Formis commune est (etsi
aliis nobiliori, aliis inferiori gradu) ut
sint sui multiplicativae, incorporeæ, nul-
lam ex se habeant dimensionem, vel
quantitatem, neque ex suâ naturâ occu-
pent, sed repleant. cap. 3.

Tb.

Observamus ulti^mò, hoc loco
 quasi Colophonem adducturi, in-
 stantiam Cartesii, qui unà com-
 complicibus suis, nimium quan-
 tum, in aberranti hâe de formis
 sententiâ, sibi placuit. Affirma-
 vit is, quod hodièque ejus faciunt
alumoi, operationes brutorum
 animalium, plantarum item vir-
 tutes, & cæterarum rerum natu-
 ralium dores alias, commodè ar-
 cessi à partium suarum omni-
 um notabili & accuratâ confor-
 matione, perque illam perfici,
 non secus atque horologia per
 artificiosam organorum cuncto-
 rum dispositionem, & inde re-
 sultantem justam figuram, debi-
 tum motum, legitimum situm,
 suorum munium obeunt vices.
 Argumentum hoc robustum ac
 ponderosum illi habetur, in quo
 sperant se invenisse quod ad ocu-
 lum demonstrare queat, in *motu*
aliis

aliisq; illis recensitis formam con-
sistere. Unde reperias paucos illo-
rum, qui hâc non utantur illustra-
tione. At quod sibi hic frustra
gaudeant, solisque nitantur ima-
ginationibus & opinionibus, ex
dicendis palam fiet. Mibi hæc il-
lorum ratio ita illis ipsis obesse
videtur, ut ex eâdem adversus Au-
thores suos credam extrai posse
argumentum haud invalidum. In-
sinuant equidem, idque non male,
cum motu, situ, & concinnâ illâ
partium constructione, horolo-
giorum effici ac expediri opera.
Quid autem? hic nexus partium
in hoc automate, à se ipso nec est?
propriâne etiam ope subsistit? Neu-
trum, nisi absurdè, affirmabitur.
Ut enim, dum fieret, opus fuit
Authore; ita ut duret, opus est
Rectori, cœi Formâ adstante.
Iam si in artificio corporis, tam
productione, quam sustentatione,
requiritur aliquid, tanquam For-

ma; nonne jure multò sanè ma-
jori, res naturales habebunt For-
mam suam propriam ac interdum,
quæ ad sit generandis, & præsit ge-
neratis, inque iis quando opus est,
transcat in partes ~~et~~ efficien-
tis. Ita profecto statuendum:
secus in generatione, ubi de ortu
Motus, Figuræ, &c. quæ situm
fuerit, in inextricabiles te præcipi-
tabis errores & difficultates, ut pa-
tuit supra.

Tb. XV.

Nisi hæc satis videntur ad rem
probandum conferre roboris, ut
ex intimis ipsius Naturæ recessibus,
veritatis hic eruamus fundamenta,
mirabilem in animalibus opera-
tionum, utpote solertiæ ac sag-
acitatis eorum & incredibilium vir-
tutum aliarum paullisper immore-
mur contemplationi. Memorabile
imprimis est illud apud Plu-

De Comp.
Anim.

tarchū de Ichneumone hoc modo
traditum: Ichneumonem audivisti cer-

te ni-

tè nibilosecius ac gravis armatura mi-
litem se armare ad prælum, adeo cor-
pus crasso limo adoriturus crocridilium
loricat ac vestit. Minus fortè erit
hoc credibile, quia peregrinum.
Cuivis hirundinis nidum sibi fun-
gentis, obvia est curiosæ industria,
quam ita idem depingit Plutar-
chus: *Hirundinum ante faturam ap-
paratus videntes, quām probè ex soli-
dis festucis fundamenta jaciant, mox
allevant leviores: ac si luti gluten de-
siderare sentiant nidum, ad lacum vel
mare advolantes, summis alis ita strin-
gunt ea ut humescant tantum non de-
graventur liquore, correptoque ita pul-
vere illinunt & constringunt laxa &
diffuentia. Figuram operū non angulis
vel anfractibus, sed aquabilem, quate-
nus fieri potest & globosam efficiunt. Est
inim ea & firmior & capacior, resilitque
foris insidiantium animalium conatibus.*
Grave proorsus etiam illud est nec
admiratione caret, quod de grui-
bus figuavit, quomodo dum in-

crebrescit ventus, in triquetru contrahunt volatum ac mucrone auram scindunt, licet tranquillo cœlo exorrectâ agminis fronte & lunato globi sinu per aera ferantur. Et ipse propriis oculis vidi catellum qui ad jussum Domini sui supplex ad genua ejus accessit, eaque ulnis suis amplexatus, & ad ipsius nutum solum intentus, nunc hilarem se præbuit, interdum subtristis visus est, aliquando curvus, nonnunquam erectus incessit, quodque mireris, varios pro varietate imperantis exprimere affectus non ignorabat. Hæc & infinita alia ejusmodi tam in Gryllo quam nominato opusculo citati Auctoris relata, ut & aliis naturæ contemplatoribus descripta, si quis per conformatiōnem illam partium demonstrare allaboret, aut vehementer fallor, aut operam hic fructuā sumet. Explicit certe dispositionem illam omni arte

arte, fingat motum qui modo
dicibili & indicibili peragatur,
qui que aut sursum vel deorsum,
antrorsum retrorsumve feratur,
idem faciet nec unquam inde
istam operationum vim & effica-
ciam elicit.

Th. XVI.

De cætero notamus circa hoc
momentum enucleandum, quo-
modo, quæ accuratis limitibus di-
stingvenda fuissent, insulsâ quâ-
dam ratione, & μάλα Φορβώς con-
fusa sioit. Nempe, ut obtinean-
tur placita animo, miscentur sum-
ma imis, inconvenientibus ob-
scurantur ardua. Hic quoque in-
congruè exemplum, ad illustran-
dam rem naturalem, ex artifici-
alium classe desumitur; inter quæ
quanta sit differentia, nemo igno-
rabit, paulò peritior qui est rerum.
Metuo verò, nè mihi ita disce-
renti oggeratur illud πλυθρόληγον

quod naturam imitetur ars, sicut
memini me alicubi, in negotio
haud absimili, tale problema no-
tasse. Si forte quis fuerit, simile
quidpiam qui contra nos me-
ditetur aut moliatur, ei svadē-
mus velit revocare sibi in men-
tem, imitari quidem artem na-
turam, altius autem non ascende-
re, ut planè idem aut æquale
possit producere. Imitantur e-
quidem Artifices, per statuas &
imagines, hominum corpora, fi-
guras & species; veros tamen ho-
mines nequicquam formare ten-
tabunt. Sic manebit verissimum;
Ars potens, Natura potentior, Deus
potentissimus. Et relinquit post se
Artem Natura, tanto quidem in-
tervallo, ut, ubi vivum ipsa pro-
ducit, non nisi mortuum quod-
dam simulacrum queat fabricare
Ars. Quod ut memoria teneant
ii imprimitis optandum, qui nullum
evidens discrimen statuendum in-
ter

ter naturalia & artificialia, magis
liberè quam solidè pronunciant.
Nam illud afferēte Comico, adpri-
mè in vitâ utile est ut ne quid nimis.

Th. XVII.

Tandem, quoniam tantum
Motui, cæterisque sèpius nomi-
natis modis (hoc namque generali
illa appellant nomine sui Autho-
res) tribui videmus, nostram de-
iis in universum omnibus, sub-
jicimus sententiam ac judicium.
Censemus quidem, in naturalibus
rebus earumque operationibus,
omnino adesse oportere eadem,
quemadmodum etiam adsunt, sed
ut conditiones, non ut causas.
Pronus, oportet spæctus eqvus, si
quatvor incedet pedibus. Mo-
vebuntur in cœli amplitudine or-
dinatiū stellarum exercitus, si
definita unius cuiusque naturæ iti-
nerum perficiunt spatia. Si miles
depugnabit agilius, justam neces-
sum est consecutus sic magnitu-

dinem. Sed per hunc Motum,
talem Figuram, eam Magnitudinem,
operatur natura, ut certas & ne-
cessarias conditiones. ipsa vero
nequaquam sunt causæ. Alioquin
si sufficerent illa, dicere omnia,
quæ sunt ejusdem magnitudinis
& figuræ ; habentque eundem
motum, & situm ; eandem etiam
sequi vim & efficaciam. Vellem
autem ego, eorum damno ac ma-
lo, experiri, utrum non gravius
ferreo, quam ligneo, aut plumbeo
vulnerarentur gladio, licet quoad
omnia, Figuram, Magnitudinem
&c. essent similia, motuque pari
agitarentur. Mallem profectò,
ubi hoc experimentum instituere-
tur, spectator esse, quam certator.

XIX.

Manet igitur, Manebitque sem-
per, ut certissimum, non Motum,
non Quietem, Magnitudinem,
Figuram, aut Situm, aut quicquid
acci-

accidentium unquam nominari potest, rerum physicarum absolvare Formam. Quid erit illa certum ac distinctum à materia substantiale principium, idque intrinsecum, quod per sua accidentia, quorum est fulcrum, alias in arcanorum abysso latitans, sui nobis exhibet indicia. Substantia, inquam, est illa Forma à nobis quaesita, inventa, definita, confirmata, & à multis multorum telis defensa, cuius beneficio rerum omnium generatio & propagatio promovetur, quâ propagatorum sunt, vivunt & vegetantur agmina. Ab eâ cuncta nobilitatis suæ sortiuntur debitos gradus, dependent essentiarum ordines. Huic omnium operationum adscribendus vigor & potentia. Hæc notarum vestigia cunctis imprimunt corporibus, organorum præst in iis fabricæ, omnis harmoniæ ac splendoris author. Hic fons, hoc principium

est movendi, quod tam prudenter & potenter regit, & moderatur, & movet id corpus, cui est præpositum. Adeo, si quid subtile ac venustum, sublime ac excelsum, admirabile & artificiosum, denique si quid splendidum atque gloriosum, in rerum efflorescit naturâ, illud omne liberali satis & largo proventu, ex fœcundissimo ille formarum propullulat agro.

Tb. XIX.

Hæc de formis substantialibus hæc vice notare allibuit, que quam non sufficientia haud ignoror, idemq; lubens fateor. Fortè tamen eò minus non excusabunt huic fœtum immaturum, ea quæ sunt adductæ, quia immensum est quod transandum fuit mare, campusque peragrandus amplissimus, sed non peræque planissimus, adeo ut eos quoque, quorum ingenia solidissimâ

simâ sunt subacta doctrinâ, dum i-
ter hâc moluntur, bona fide fatiget.
Sed nec consilium mihi fuit, sin-
gula in hoc argumenti genere
pleniùs discutere. Id enim ut la-
boris fuisset infiniti, ita à me cu-
jus studia nusquam excreverant,
non exspectari, nedum præstari
potuisset. Primarium erat pro-
positum, attentare solum, an illa
Cartesianorum, de quibus tam
multa & mirâ jactant, dogmata
essent tanti ponderis in omnibus,
quanti ab iis esse feruntur; quod
utrum pacto executus sim aliquo
æquis æquorum permitto judiciis.
Hoc tamen ingenuè & absque
dubitacione affirmo, didicisse
me in hac oppositarum circa for-
mas sententiarum collationes, licet
id minus fortè feliciter in hac o-
pella demonstraverim, non esse
adeo indigna illa & incepta, quæ
pro Formæ Substantialis probatio-
ne solent adseri, ut eadem, quan-
do-

docunque sic fert occasio, saltem
rident, vanaque exhibant, philo-
sophiae novae Alumni. Certe si
in prærogativæ contentionem
cum illorum rationibus venire de-
bet, palmam iis, nec dubio mar-
te, præceptura hæc, qui sobrio &
integro omnia expendit judicio,
aperte pronunciabit. Ego vero
qui quò destinavi perveni, & nunc
& in sempiterna secula inge-
minabo:

Sit nomen Domini benedictum!



Ad

Qui veteri Philosophiâ insuper
habita novam commenti sunt,

ELEGIA.

ICaris nomen fastu dedit Icarus undis
Caco; dum pennis, perbenè fictilibus,
Heu! multum fisis: Phaecon quoque casibus
auctus,

Luxurians tantis quod nimis usus equis.
Curribus indomitum sic turbant spreta parentis
Dogmata; nè intactum vel scelus esse queat.
Authorì nunquam prestulta superbia prodest,
Nam redit in causam, dilaceratque suam.
Seilicet ut Dominum, duris impulsa lepillis,
Aliè tela petunt, acris atque nocent:
Sic ubi mens aliena ferit, sua laudat & effert.
Imminet ex factis mox curvulata lues.
Ergo cum neordens doctrinam eemnis avitam,
Et tibi sola places, Cartesiana cohorts;
Corruis ipsa tuis facilis tot motibus, ipsa
Corruis, ac prafers nomina vana satis.
Fervida Te Pallas castigat, ridet Aboas,
Quæ nunc sermones ponderat alicius.

Sib

Sic revocat veterem, qua olim benè culta, Mi-
nervam,

Desertam faciunt quam tus principia.
Hoc quia nunc præstat frater mihi sanguine
junctus,

Hunc diuturna velint vivere fata, precor!
Commoda multa feret patriæ, non omina
fallent,

Ingenio cunctis gaudia vera dabit.

Præsentis exercitii pereximio & in-
genioso Authori sanguine pro-
ximus, gratulabundus adposuit

J. LUDV. D.

Nῦν ὑμῶν δερέποντα λιγυφθόγοις τὸ Αἴολλων
Ἄδειε ἀυλίσκοις, οὐ κλεῖη τὸ Ερεχτόν;
Φόρμιγγ' αὐθεμάτην γλυκερὸν μέλος, ὡς τὸ
πάροστερ,

Φθέγγοισθ', ὅπτοι ἀκάστοι μερόστους ὅπε,
Οὐ γ' ἀρεῖην τὸ ἄεθλον εἰ αὐθρώποισι τὸ ἄερισον
Ηγεῖται, κλέος τῆς ψποῦ ὀλέσθαι ἔσται.

Καὶ εἰ φάυλων γλῶσσαι φιλοκέρτομος εἴη,
ΜΑΛΘΑΚΑ ΚΩΤΤΛΛΩΝ ΕΞΑΠΑ-
ΤΑΝ Τὸ ΕΘΕΛΩΝ,

Kairos

Καῖνος ὄμως μὲν ἀδαής, γράμμην ἔχει ἐκπέδου ἀσέν.
Αὐτὸν ἀρεῖται Βαρ, ὃ μὲν ἀμέλητα μέλει.

Οὐ πολλὰς ΔΑΒ' ΙΔ δύναμαι διγράμενος ἐνθεῖν,

Οἰτοσ' ὁμοίη σοι ἀδολος ἔντι νόθῳ.

Τίς δ' ἵσσυ με φιλεῖ σὺν ᾧ ἀσκαζερὸν θέμενος οὔτε,

Πρόθυμος εἴναι ἀγαθῶν τῆς κακῶν μετέχων.
ΜΗΓΕ ΠΑΡΑ ΚΡΗΤΗΡΣΙ ΛΟΓΟΙΣΙ

ἘΜΗΝ ΦΡΕΝΑ ΤΕΡΠΕΙΣ,

Σεόζεν εἴναι ψυχῇ δέλιον θάδεν ενι.

Ἄντι καστυνήτα μηνώσκεις μὲν εἰς τὴν δεινόν

Ἐγκύρσῃ, σέο πλὴν ὅπλομα εἴτε ὀλίγας.

Εῦ δὲ ἔχοντι θέματοι γίγνονται εἰπεῖροι

Κιβωτῆλας ὄργη συνθέμενοι φιλίην.

Φεγγάρενθος ὁ πλεικῆς καὶ πεπνυμένος εἴσοτ

Ἄχθος τὸν πέλειαν τὸν χαλεπὸν γὰρ συγάν.

Οπποτε κατίλοις γλώσση θύραι τὸν πλίκενται

Ἀρμεδίαι, λήθαιν μηδ σὺ καπάντιο δοκεῖς.

Νῦν δὲ ἔμιν φίλον ηὔπρος αὐτὸν λείψαν γενέτης

Οἴτε σε συζητεῖν εὖ πεῖται τῆς φυσικῆς

Μορφῆς, τῷ δὲ οὐκέται σὺ εστειλεῖ πότε μορφίδες,

Ἐνομα τῷ φέρεντεν ἄλλο, ὅφερα σε μοῖρα λάθη.

Σχήτεις: οὐδὲ θανάτοις καλέος, οὐδεὶς λιγότεις,

Εἰ καὶ ἐργατὸν λεύψεις ἡμέλιοιο φάσθοι.

Ita prolixum animatum & pietatem vere
germanam Davidi suo con-
testari voluit

ISAAC PHILLIPS.

In
Disputationem De FORMA SUBSTANTIALI,
Dottissimi Viri Juvenis
DN., D A V I D I S QUBNDI/
Philosophiae Candidati, Fautoris
ac Amici Conjunctissimi.

Altius ascendit volucrum vix ulla per
auras,

Quam Jovis, ungver potens, aera pulsat avis.
Implumes dorso pullos educit in altum,
Discant quo nidos evolutare suos.

Pulpita sic magni dum scandis sacra Lyc*e*i,
Elevat ingenium Pallas amica tuum;

Ingeniū vegetumque, aquilis velut æquiparatur,
Abdita naturæ pandere quando studes.

Detegis, en! docte Cartesi dogmata falsa;
Dogmata, quæ fani non docuere libri

Virtus in magnis splendet, quam gloria summa
Consequitur: vel eam non sine laude feres.

Aonios, Salve mytas decus inter amandum!
Salve, Fennorum portio clara Soli!

Jam tibi Pierides studiorum præmia Musæ
Decernunt; merito gratulor illa tibi!

Dab. Ab. ipsis Nonis

Martij, Anno partæ

Salutis 1681.

MAGNUS Green

M. F. Nyl.